



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &  
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia  
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,  
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de  
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

II. Quibus modis societas contrahatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

**S**ocietatis contractum definiunt communiter Doctores. Maior in 4. d. 15. quæst. 47. Nauar. cap. 17. num. 251. Tolet. lib. 5. cap. 41. Molin. disp. 411. in prima. Rebell. 2. p. de obligat. iustit. lib. 5. q. 1. Lessius lib. 2. c. 25. dub. 1. Laym. lib. 5. sect. 5. tract. 2. cap. 20. num. 1. Gregor. Lopez leg. 1. tit. 10. par. 5. & alij, vt sit conuentio duorum, vel plurium contribuendi ad communem quæstum, vel vsum; communiq;que dampnum sustinendum.

**D**icitur conuentio, quia hic contractus consensu perficitur teste Au. Gomez 1. var. cap. 5. m. 1. Vnde inter abentes, & absque scriptura perfici potest, vt bene Molina aduertit. Hæc conuentio debet esse de contribuendo non de donando iuxta leg. Societas ff. pro Socio. Contribui vero potest iam pecunia, tum opera, & industria, tum instrumentum negotiationis, scilicet nanis, equus, ferrum animalia &c. qui his omnibus concurrentibus lucrum comparari potest. Dupliciter autem hæc contribui possunt. Vt aduertit Couarrua. 3. var. cap. 19. num. 2. Molina disp. 411. circa finem. Rebell. 2. p. lib. 15. q. 1. Lessius d. cap. 25. dub. 1. Layman. c. 20. n. 1. Primum ex animo, vt contribua omnibus sociis communi sint. Quo posito dominium, illorumque possessio iuris quadam fictione in omnes socios transfertur, tametsi singulis tradita non fuerint. Vt constat ex leg. 1. ff. seq. ff. pro Socio. & in fine contractus pro rata omnibus sunt diuidentia. Secundum cum singuli socij contr. batorum dominium retinere intendunt, sibi que tantum referuandum, neque vlla ratione cum alijs diuidentum, & tunc communicatio tantum est quoad lucrum non quo ad capitalia.

**D**ixi quoad communem quæstum, quia finis præcipuus societatis est ad communem quæstum concurrere. Vnde quid quod socius apponit industria, vel pecunia lucratur alijs sic commune iuxta leg. si quis societatem Di. gest. pro Socio. Quod si de lucro non communicando conuentio fiat contractus societatis non erit. Addit vel vsum. Tum quia sæpe societas contrahitur in vsum alicuius rei tantum, vt contrahunt milites, & scholastici, qui ex communi marisupio expensas faciunt. Tum quia est societas quæ simul ad lucrum, & vsum dirigitur, vt est societas matrimonij. Denique in societate commune debet esse dampnum, alijs si vnus lucrum sibi, alijs vero dampnum vellet, non humanam societatem, sed leoninam iuraret. Vt dicitur l. si non fuerint. §. Aristot. ff. pro Socio.

**E**x his constat ad societatem necessarium requiri, vt singuli ex socijs conferant aliquid ad commune lucrum, vel vsum, qui inter ipsos diuidentus est secundum proportionem eorum, quæ singuli in commune contulerunt. Si enim vnus ex socijs pecuniam contulit, alter vero industriam, spectandum an industria tanti æstimeret quanti æstimatur illa pecunia in ordine ad negotiationem, & tunc lucrum pro æquis portionibus diuidentus est. Si vero pecunia plus duplo, vel triplo æstimeret secundum illius æstimationem portio assignabitur. Neque ad hanc pecuniæ æstimationem faciendam spectari tantum debet periculum, cui pecunia in negotiatione exponitur. Vt voluit Socus 6. de iustit. q. 6. art. 1. sed etiam quantum ipsa pecunia ad lucrum comparandum conferre potest. Neque refert pecuniam ex se fructus parere non posse. Satis enim est quod media hominum industria paria, vt inde in ordine ad lucrum æstimationem accipiat. Sicuti aduertit Rebell. lib. 1. q. 2. numero 3. Lessius lib. 2. cap. 25. dub. 2. numero 14.

PUNCTUM II.

Quibus modis societas contrahatur ?

- 1 Varijs modis contrahitur.
- 2 Primum ex parte finis.
- 3 Secundum ex parte materiae.
- 4 Tertio ex parte formæ.
- 5 Quarto ex parte temporis.

**S**ocietatem contrahi varijs modis, tum ex parte finis, tum ex parte materiae, tum ex parte formæ, tum ex parte temporis ex omnium sententia notantur Molina, disp. 412. Rebell. q. 2. Lessius dub. 1. & 2.

**P**rimo ex parte finis alia est societas ad lucrum tantum, alia ad vsum tantum, alia ad vtrumque, vt explicatum est, & colligitur ex leg. societas ff. pro Socio. & §. 1. iustit. de societate.

**S**ecundum ex parte materiae alia est societas omnium bonorum sicuti est societas contracta inter coniuges, in qua omnia bona siue præsentia, siue futura quocumque titulo durante societate fuerint, acquisita communicantur per æquales partes; nisi aliud ab initio inite societatis conuentum fuerit. Alia est specialis pro aliquibus bonis secundum quod conuentio designauerit. Alia est absoluta, vt ipse quæ nulla determinat bona. Quæ societas non solum extendi-

tur ad bona præsentia, sed etiam ad futura. Vt probat leg. si societas ff. de si quis societatem ff. pro Socio. Nam cum hic contractus non sit contrahendus per se damnosus, sed potius lucratius non est cur ad bona futura non extendatur. Secus est in donatione, legato &c. sicuti bene alios relectus notat Anton. Gomez 1. var. cap. 5. n. 3. Verum est ad bona præsentia, & futura extendatur hæc societas, sed non ad omnia hæc quocumque titulo quæstia fuerint, sed non ad fuerint titulo oneroso non lucrativo; atque adeo non extenditur ad quæstia donatione, legato, hæreditate &c. tametsi occasione societatis perueniant. leg. conueniant. ff. leg. & leg. socium. §. socius. ff. pro Socio & pluribus comprobatur Anton. Gomez 1. var. cap. 5. num. 3. Nonquam autem intelligenda est contracta societas omnium bonorum, nisi sit expressum. Vt bene aduertit Gloss. leg. 3. verbo specialiter. ff. pro Socio. Sed hæc expressio non solum verbis sed factis fieri potest leg. de quibus ff. de legibus: ac proinde si ex ipsius factis constiterit socijs os velle societatem omnium bonorum inire, sic inita reputanda est. Vt pluribus relatis firmat Greg. Lopez. leg. 6. tit. 10. par. 5. gloss. 1. Menoch. lib. 3. præsumpt. 6. num. 37. Fachinus lib. 12. controu. cap. 14.

**T**ertio ex parte formæ alia est societas in qua socij, lucra, & damna pro rata eorum quæ singuli in commune contulerunt communicantur. Alia in qua lucra, & damna. Alia in qua pars lucri communicatur nullo communicato damno iuxta varias pactiones que iniri solent. De quibus in sequentibus dicemus.

**Q**uarto ex parte temporis. Est enim societas ad vitam, ad determinatum tempus, seu vique ad finem alicuius negotij. leg. 1. ff. pro Socio. Nunquam autem contrahi potest, vt perseueret post alicuius mortem, quia hic contractus non transfertur ad hæredes nisi in aliquibus casibus, de quibus infra, sed morte vnus socij tota societas dissoluitur. §. soluitur. iustit. de societate.

PUNCTUM III.

**N**um in societate in qua alter pecuniam confert, alter operam, censetur pecunia communicata sit vt finita societate diuidentur sic ?

- 1 Affirmatiue responderunt aliqui.
- 2 Contrarium probabuntur est.
- 3 Satisfieri fundamētis primæ sententiæ.

**A**ffirmarunt diuidentur esse Accurs. Bart. & Alberic. ad leg. 1. Cod. pro Socio. Didac. Couarrua. 3. var. cap. 2. numero 2. Ducuntur pro. m. d. ea quæ in societatem conferuntur in eam finem tenentur conferri, vt communicantur. leg. 1. ff. pro Socio. Secundum industriam apponens commonea cum facit alteri socio. Ergo alter ipsi communicare pecuniam debet. Tertio si de facto singuli socij pecuniam, & industriam in negotiationem conferent, pecunia singulorum omnibus communis erit, & inhiita societate diuidentur. Ergo idem est dicendum, cum vnus pecuniam confert alter industriam, si quidem industria pecuniæ comparatur. Quarto in societate æqualitas seruanda est. leg. si non fuerit. ff. pro Socio. Sed si non esset diuidentia pecunia non seruaretur æqualitas. Nam conferens industriam illam amitteret, cum tamen conferens pecuniam salutem haberet.

**S**ed probabilior est existimo contrariam sententiam quam alijs relatis defendit Andreas Fachinus lib. 2. controuers. cap. 95. eo quod contrahentes cum aliud non exprimerent tantum videntur intendere communicare inter se vsum, & commoditatem eorum quæ in societatem conferuntur. argum. leg. cum duobus. §. si in cotunda ff. pro Socio. quia intentio ea sibi vtilior est, & litibus minus exposita: etenim nauem conferens in negotiationem non censetur nauis proprietatem conferre, sed vsum tantum: sic collator pecuniæ censendus est pecuniæ vsum, & illius commoditatem conferre; hæc enim vt à proprietate pecuniæ distincta industria alicuius æqualiter, imo eam superare possunt.

**H**anc sententiam temperat Rebell. 2. p. de oblig. iustit. lib. 15. q. 2. in fine. vt procedat cum indultu a. & labor in peritus adæquat vsum & commoditatem pecuniæ. Secus vero si hunc vsum, & commoditatem superat. iuxta leg. si non fuerit. ff. pro Socio. & §. de vili. iustit. de societate. Nam tunc ne in æqualitatem in societate admittamus concedenda est communicatio in pecuniæ proprietate. Sed rectius idem Rebell. q. 3. in fine. id reprobat afferens inæqualitatem illam competendam esse spe maioris lucri.

**A**rgumenta in contrarium non obstant. Ad primum concedo ea quæ in societatem conferuntur eo animo conferri vt communia sint non quidem quoad proprietatem, sed quoad vsum, & commoditatem, quando ille vsum, & commoditatem æqualiter iis quæ alij socij conferunt. An secundum nego-

